

de comâ Berenices commentum sunt sive poetæ, sive astronomi. Hebræi, ut docet Hieronymus in Tradit. Hebr., dicunt singulis mensibus tonderi solitam Absalomis comam, Josephus octavo quoque mense. Alii tantum inesse ponderis dicunt, quantum ducenti habent sili; neque hic de pretio agi putant, sed de pondere. Sed est omnino prodigiosum et ridiculum, tantum existimare ponderis inesse hominis capillis, anniversaria tonsione, quantum non haberent duo ovium, aut caprarum vellera.

VERS. 27. — NATI SUNT AUTEM ABSALOM FILII TRES, ET FILIA UNA NOMINE THAMAR (1). Verisimile est illos filios, qui nati hoc loco dicuntur Absalomi, aut paulo post fuisse mortuos; quod putat Theodoretus q. 55, aut adeo debiles et stolidos fuisse, ut pro mortuis haberi potuerint, tanquam inutiles rebus administrandis, de quibus nihil sperari poterat homine dignum. Ideo enim Absalom sub hoc tempore filiorum loco tumultum excitavit, quia, ut ipse dixit, *filium non habebat*, infra e. 18, v. 18: *Filiam autem appellavit Thamar*. An verò nomen illud datum illi fuerit ab initio, vel certe postea, cum prodi cœpit egregia forma, ita ut non tam nomen illius fuerit, quam cognomentum à formæ venustate, incertum est. Hoc posterius mihi videtur non difficile, quia in sacris litteris fuisse puto id usitatum, sicut etiam in historiâ profanâ, ut feminæ ab egregiâ specie cognomentum assumant. Sic *Esther* cognomentum sumpsit à pulchritudine; atque ideò e. 2, appellata dicitur *Edessa*; nempè à populo, qui illius admirabatur speciem. *הדסה* *hadassah* enim idem valet quòd *myrtus*, quæ planta speciosissima, quasi diceretur *myrtea*, quod cognomentum Veneri datum est à poetis. Susanna Dan. e. 13, speciosissima fuit, et ideò *Susanna* dicta, quæ vox Hebræicè *lilium* sonat: et ideò in nostris commentariis in Daniëlem, *Susannam* non nomen, sed cognomen illius honestissimæ feminæ putabamus. Sic etiam arbitror *Thamar* aliud habuisse nomen, et propter eximiam pulchritudinem appellatam esse *palmam*; id enim Hebræicè valet *Thamar*. Quod etiam fortassè cognomentum fuit illius

(1) In codicibus nonnullis Græcis Latinisque additur hic: *Thamar nupta fuit Roboamo filio Salomonis ex quo genuit Abiam*. Verum deest hoc in Hebræo, Vulgatâ, atque editione Septuagintâ Complutensi, neque ullius est auctoritatis, quin et ægrè cum chronologiâ componitur. (Calmet.)

Thamar, quam violavit, et incesto concubitu constupravit Amnon. Certum est autem, hanc Thamar aliud habuisse nomen, ut constat ex Par. l. 1, c. 13, v. 20, nempè quod impostum est ab Absalome, illud videlicet, quod habuit Maacha filia regis Gessur Absalomis mater, quam uxorem duxit Roboam Salomonis filius, ex quâ suscepit Abiam, ex quo regia soboles propagata est: *Amavit autem Roboam Maacha filiam Absalom super omnes uxores ejus, et concubinas*. Proximè autem dictum fuerat Abiam ex illâ fuisse susceptum.

VERS. 28. — MANSITQUE ABSALOM IN JERUSALEM DUOBUS ANNIS, ET FACIEM REGIS NON VIDIT. Quæ supersunt, ejusmodi sunt, ut interpretis luce non indigeant: tantum enim significatur, quomodo duobus annis fuerit Absalom in Jerusalem, neque tamen ad regium conspectum ullum habuerit accessum. Quem per Joab à patre consecutus est, non tamen prius, quam reluctantem primum, et deinde, combustis messibus ad se ægrè admodum ascitum permovit, ut per quem in patriam fuerat ab exilio revocatus, per eundem in gratiam patris et consuetudinem veniret. (1)

(1) VERS. 29. — NOLUIT VENIRE AD EUM. Nôrat facile regis voluntatem, neque res adhuc Absalomo amicas esse intelligebat; noluit iterum rem tentare, neque sese regi suspectum reddere, veluti plus nimio juveni huic principi studeret. Joabus peritus aulicus postulata sua omnia considerat, neque ad rem tentandam nisi de eventu securus accedit. Nôrat futurum, ut Absalomum conveniens, ejus animum provocaturus esset, gerere ejus causam recusans; vel fore ut causam amplectens, minus fortassè placeret regi, cujus gratiæ sibi studendum erat. (Calmet.)

VERS. 32. — Absalom fit dire à David: Pourquoi suis-je revenu de Gessur? Il vaudrait mieux que j'y fusse encore. Je demande donc la grâce de voir le roi. Que s'il se souvient de ma faute, qu'il me fasse mourir. On ne doit guère se fier aux paroles humbles, puisqu'elles se trouvent dans la bouche des plus superbes. Absalom parle comme s'il était vraiment touché de sa faute. Il avait été trois ans en exil; il avait passé deux ans à Jérusalem depuis son retour, sans qu'il lui fût permis de voir le roi, son père. Il témoigne maintenant qu'il ne peut plus vivre dans une séparation qui lui est si dure. Rien n'est plus tendre en apparence que ses paroles ni plus sincère que son repentir. Et néanmoins, lorsque David lui donne le baiser de paix avec une effusion d'amitié qui n'était que trop véritable, il le reçoit avec un cœur plein de haine et de fureur, qui méditait déjà les soulèvements et les guerres que nous verrons éclater dans la suite de cette histoire. (Sacy.)

## CAPUT XV.

1. Igitur post hæc fecit sibi Absalom currus et equites, et quinquaginta viros qui præcederent eum.

2. Et manè consurgens Absalom stabat juxta introitum portæ, et omnem virum qui habebat negotium ut veniret ad regis judicium vocabat Absalom ad se, et dicebat: De quâ civitate es tu? Qui respondens aiebat: Ex unâ tribu Israel ego sum servus tuus.

3. Respondebatque ei Absalom: Videntur mihi sermones tui boni et justi; sed non est qui te audiat constitutus à rege. Dicebatque Absalom:

4. Quis me constituat judicem super terram, ut ad me veniant omnes qui habent negotium, et justè judicem?

5. Sed et cum accederet ad eum homo ut salutaret illum, extendebat manum suam, et apprehendens osculabatur eum.

6. Faciebatque hoc omni Israel venienti ad judicium ut audiretur à rege, et sollicitabat corda virorum Israel.

7. Post quadraginta autem annos, dixit Absalom ad regem David: Vadam, et reddam vota mea quæ vovi Domino in Hebron;

8. Vovens enim vovit servus tuus, cum esset in Gessur Syriæ, dicens: Si reduxerit me Dominus in Jerusalem, sacrificabo Domino.

9. Dixitque ei rex David: Vade in pace. Et surrexit, et abiit in Hebron.

10. Misit autem Absalom exploratores in universas tribus Israel dicens: Statim ut audieritis clangorem buccinæ, dicite: Regnavit Absalom in Hebron.

11. Porrò cum Absalom ierunt ducenti viri de Jerusalem vocati, euntes simplici corde et causam penitus ignorantes.

12. Accersivit quoque Absalom Achitophel Gilonitem, consiliarium David, de civitate suâ Gilo. Cumque immolaret victimas, facta est conjuratio valida, populusque concurrens augebatur cum Absalom.

13. Venit igitur nuntius ad David dicens: Toto corde universus Israel sequitur Absalom.

## CHAPITRE XV.

1. Après cela Absalom, devenu l'aîné des enfants de David par la mort d'Amnon, prit des chars et des cavaliers, et cinquante hommes qui le précédaient.

2. Et, se levant dès le matin, il se tenait à l'entrée du palais, et appelait tous ceux qui avaient des affaires et qui venaient demander justice au roi. Et il disait à chacun d'eux: D'où êtes-vous? Cet homme lui répondait: Votre serviteur est de telle et telle tribu d'Israël.

3. Et Absalom lui disait: Votre affaire me paraît bien juste; mais il n'y a personne qui ait ordre du roi de vous écouter;

4. Et il ajoutait: Oh! qui n'établira juge sur la terre, afin que tous ceux qui ont des affaires viennent à moi, et que je les juge selon la justice?

5. Et lorsque quelqu'un s'approchait pour le saluer, il lui tendait la main, le prenait et le baisait.

6. Et il faisait ainsi envers tous ceux d'Israël qui venaient demander justice au roi, et il s'insinuait par là dans l'affection des peuples.

7. Au bout de quarante ans, Absalom dit au roi David: Permettez-moi d'aller à Hébron pour y accomplir les vœux que j'ai faits au Seigneur;

8. Car lorsque j'étais à Gessur en Syrie, j'ai fait ce vœu à Dieu: Si le Seigneur me ramène à Jérusalem, je lui offrirai un sacrifice.

9. Le roi David lui dit: Allez en paix. Et au sortir de là il s'en alla à Hébron.

10. En même temps, Absalom envoya dans toutes les tribus d'Israël des agents avec cet ordre: Aussitôt que vous entendrez sonner la trompette, publiez qu'Absalom règne dans Hébron.

11. Absalom emmena avec lui deux cents hommes de Jérusalem, qui le suivirent simplement, sans savoir en aucune sorte son dessein.

12. Absalom fit venir aussi de la ville de Gilo, Achitophel, Gilonite, conseiller de David. Et comme on immolait à Hébron des victimes, qui y attiraient un grand nombre de personnes, la conspiration devint puissante, le peuple, qui prenait le parti d'Absalom, croissant de plus en plus.

13. Il vint aussitôt un courrier à David qui lui dit: Tout Israël suit Absalom de tout son cœur.

14. Et ait David servis suis qui erant cum eo in Jerusalem : Surgite, fugiamus; neque enim erit nobis effugium à facie Absalom. Festinate egredi, ne fortè veniens occupet nos et impellat super nos ruina, et percutiat civitatem in ore gladii.

15. Dixeruntque servi regis ad eum : Omnia quæcumque præceperit dominus noster rex libenter exsequemur servi tui.

16. Egressus est ergo rex et universa domus ejus pedibus suis; et dereliquit rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domum.

17. Egressusque rex et omnis Israel pedibus suis stetit procul à domo.

18. Et universi servi ejus ambulabant juxta eum; et legiones Cereothi et Phelothi, et omnes Gethæi, pugnatores validi, sexcenti viri qui secuti eum fuerant de Geth pedites, præcedebant regem.

19. Dixit autem rex ad Ethai Gethæum : Cur venis nobiscum? revertere, et habita cum rege, quia peregrinus es et egressus es de loco tuo.

20. Heri venisti, et hodiè compelleris nobiscum egredi? Ego autem vadam quò iturus sum : revertere, et redue tecum fratres tuos, et Dominus faciet tecum misericordiam et veritatem, quia ostendisti gratiam et fidem.

21. Et respondit Ethai regi dicens : Vivit Dominus, et vivit dominus meus rex! quoniam in quocumque loco fueris, domine mi rex, sive in morte, sive in vitâ, ibi erit servus tuus.

22. Et ait David Ethai : Veni, et transi. Et transiit Ethai Gethæus, et omnes viri qui cum eo erant, et reliqua multitudo.

23. Omnesque flebant voce magnâ, et universus populus transibat; rex quoque transgrediebatur torrentem Cedron, et cunctus populus incedebat contra viam quæ respicit ad desertum.

24. Venit autem et Sadoc sacerdos, et universi levitæ cum eo portantes arcam fœderis Dei; et deposuerunt arcam Dei : et ascendit Abiathar donec expletus esset omnis populus qui egressus fuerat de civitate.

14. David, reconnaissant la justice de Dieu dans la révolte de son fils, dit à ses officiers qui étaient avec lui à Jérusalem : Allons, fuyons, car nous ne pourrions éviter de tomber entre les mains d'Absalom. Hâtons-nous de sortir, de peur qu'il ne nous prévienne, que nous ne nous trouvions exposés à sa violence, et qu'il ne fasse passer toute la ville au fil de l'épée à cause de nous.

15. Les officiers du roi lui dirent : Nous exécuterons toujours de tout notre cœur tout ce qu'il vous plaira de nous commander.

16. Le roi sortit donc à pied avec toute sa maison, et laissa dix femmes de ses concubines pour garder son palais.

17. Etant sorti à pied, avec tous les Israélites qui l'accompagnaient, il s'arrêta lorsqu'il était déjà loin de sa maison.

18. Tous ses officiers marchaient auprès de lui; les légions des Céréthiens et des Phéléthiens, et les six cents hommes de pied de la ville de Geth qui avaient suivi David, et qui étaient très-vaillants, marchaient tous devant lui.

19. Alors le roi dit à Ethai, Géthéen : Pourquoi venez-vous avec nous? Retournez et allez avec le nouveau roi, parce que vous êtes étranger, et que vous êtes sorti de votre pays.

20. Vous n'êtes arrivé que d'hier, et vous en sortirez aujourd'hui à cause de moi? Pour moi, j'irai où je dois aller, mais pour vous, retournez, et remenez vos gens avec vous; et le Seigneur, qui est plein de bonté et de justice, récompensera lui-même le zèle et la fidélité avec laquelle vous m'avez servi.

21. Ethai lui répondit : Vive le Seigneur, et vive le roi mon maître! en quelque état que vous puissiez être, ô roi, mon seigneur, votre serviteur y sera, à la mort ou à la vie.

22. David lui répondit : Venez donc, et passez le Cédron. Ainsi Ethai, Géthéen, passa le torrent avec tous les gens qui le suivaient et tout le reste du peuple.

23. Tout le monde pleurait dans ce passage, et on entendait partout retentir leurs cris. Le roi passa le torrent de Cédron; et tout le peuple allait le long du chemin qui regarde le désert.

24. En même temps Sadoc, prêtre, vint, accompagné de tous les lévites, qui portaient l'arche de l'alliance de Dieu, et ils la déposèrent. Abiathar monta au lieu où était l'arche, en attendant que tout le peuple qui sortait de la ville fût passé.

25. Et dixit rex ad Sadoc : Reporta arcam Dei in urbem; si invenero gratiam in oculis Domini, reducet me, et ostendet mihi eam et tabernaculum suum;

26. Si autem dixerit mihi : Non places, — præstò sum, faciat quod bonum est coram se.

27. Et dixit rex ad Sadoc sacerdotem : O videns, revertere in civitatem in pace; et Achimaas filius tuus, et Jonathas filius Abiathar, duo filii vestri, sint vobiscum.

28. Ecce ego abscondar in campestribus deserti donec veniat sermo à vobis indicans mihi.

29. Reportaverunt ergo Sadoc et Abiathar arcam Dei in Jerusalem, et manserunt ibi.

30. Porrò David ascendebat cliyum Oliviarum, scandens et flens, nudis pedibus incedens et operto capite; sed et omnis populus qui erat cum eo, operto capite, ascendebat plorans.

31. Nuntiatum est autem David quòd et Achitophel esset in conjuratione cum Absalom. Dixitque David : Infatua, quæso, Domine, consilium Achitophel.

32. Cùmque ascenderet David summum montis in quo adoraturus erat Dominum, ecce occurrit ei Chusai Arachites, scissà veste, et terrâ pleno capite.

33. Et dixit ei David : Si veneris mecum, eris mihi oneri;

34. Si autem in civitatem revertaris, et dixeris Absalom : Servus tuus sum, rex; sicut fui servus patris tui, sic ero servus tuus, — dissipabis consilium Achitophel.

35. Habes autem tecum Sadoc et Abiathar sacerdotes; et omne verbum quodcumque audieris de domo regis, indicabis Sadoc et Abiathar sacerdotibus :

36. Sunt autem cum eis duo filii eorum, Achimaas filius Sadoc et Jonathas filius Abiathar; et mittetis per eos ad me omne verbum quod audieritis.

37. Veniente ergo Chusai amico David in civitatem, Absalom quoque ingressus est Jerusalem.

25. Alors le roi dit à Sadoc : Reportez l'arche de Dieu à la ville. Si je trouve grâce devant le Seigneur, il me ramènera et me fera revoir son arche et son tabernacle;

26. S'il me dit : Vous ne m'agréez point, — je suis tout prêt, qu'il fasse de moi ce qu'il lui plaira.

27. Le roi dit encore en parlant au prêtre Sadoc : O voyant, retournez en paix à la ville avec vos deux fils, Achimaas, votre fils, et Jonathas, fils d'Abiathar;

28. Voilà que je vais me cacher dans les plaines du désert jusqu'à ce que vous m'envoyiez des nouvelles de l'état des choses.

29. Sadoc et Abiathar reportèrent donc à Jérusalem l'arche de Dieu, et y demeurèrent.

30. Cependant David montait la colline des Oliviers, et pleurait en montant. Il allait nu-pieds et la tête couverte; et tout le peuple qui était avec lui montait la tête couverte et en pleurant.

31. Or, David apprit qu'Achitophel était aussi dans la conjuration d'Absalom. Seigneur, dit alors David, rendez ineptes, je vous prie, les conseils d'Achitophel.

32. Et lorsque David arrivait au haut de la montagne des Oliviers, où il devait adorer le Seigneur en se tournant du côté de Jérusalem, où était l'arche, Chusai d'Arachi vint au-devant de lui, ayant ses vêtements déchirés et la tête couverte de terre.

33. David lui dit : Si vous venez avec moi, vous me serez à charge;

34. Mais si vous retournez à la ville, et que vous disiez à Absalom : Mon roi, je viens vous offrir mon service, et je vous servirai comme j'ai servi votre père, — vous dissiperez en ma faveur le conseil d'Achitophel.

35. Vous avez avec vous les prêtres Sadoc et Abiathar, auxquels vous direz tout ce que vous aurez appris chez le roi.

36. Ils ont leurs deux fils, Achimaas, fils de Sadoc, et Jonathas, fils d'Abiathar; vous m'envoyez dire par eux tout ce que vous aurez appris.

37. Chusai, ami de David, retourna donc à Jérusalem. Et Absalom y entra en même temps.

VERS. 4. — Igitur post hæc fecit sibi Absalom currus, et equites, et quinquaginta viros, qui præcederent eum (1). Sanè verum est, quod de serpente dixit Seneca Epist. 42, qui venenum nunquam deponit, etiam cum torpet frigore, et in cavernis abditus nemini noxius est; neque enim tunc venenum evomuit, aut animus nocendi defuit, ad quod malus illum genius instimulabat; defuit tamen facultas, quam tunc tandem ostendit, cum affulgente verè prodire licuit è latibulis; et innatam à naturâ virus effundere. « Multorum, inquit, quia imbecillia sunt latent vitia, non minus ausura, cum illis vires suæ placuerint, quam illa, quæ jam feliciter aperuit, instrumenta illis explicandæ nequitiae desunt. Sic tutò serpens etiam pestifera tractatur, dum riget frigore: non desunt tunc illi venena, sed torpent. « Multorum crudelitas, et ambitio, et luxuria, et ut paria pessimis audeat, fortunæ favore deficitur. Eadem velle eos cognosces, ea posse quantum possunt. » Continuit Absalom diu venenum, quod malus illi genius, et natura deliciis fracta mollioribus indiderat, quia exul, et inops, et multis odiosus, maximè parenti, qui multorum et omnium penè ad se voluntates allexerat, nihil adire poterat, quod successum haberet, nihil quod futurum putaret impunitum. At ubi ex exilio rediit in patriam, et Davidis faciem tutus aspexit, et quasi serpens è latibulo renovatus egressus cepit sensim venenum evomere, quod celaret diu; et jam depositâ senectâ nitidus omnibus minatur omnia, et contra parentem ipsum, et regem, quem tam benignum et mitem fuerat exper-

(1) Hebræus ad litteram: *Fecit sibi Absalom currum, et equos, et quinquaginta viros currentes à facie ejus.* (Calmet.)

Après cela Absalom se fit faire des chariots, prit avec lui des gens de cheval, et cinquante hommes qui marchaient devant lui. Absalom montre assez par sa conduite que tout ce qu'il avait fait jusqu'alors comme pour réparer sa désobéissance envers son père, était plein de dissimulation et de mensonge. Son exil n'a fait que l'irriter, et son abaissement apparent n'a servi qu'à allumer en lui encore davantage ce désir de souveraineté qui le brûle, et qui le porte à tenter tout pour n'avoir plus personne au-dessus de lui. Ayant fait assassiner son frère Amnon qui était son aîné, il avait lieu d'espérer que ce serait lui qui régnerait après le roi, son père. Mais cette espérance paraît trop tardive pour les mouvements précipités de l'ambition qui le possède. Il entreprend de soulever tout Israël contre David, et il lui déclare une guerre mortelle, afin de lui enlever la couronne après lui avoir ôté la vie. (Sacy.)

tus, consilium init ipsi etiam barbaris et feris inauditum, et prorsus execrandum. Cujus imaginem in Pyrrho lib. 2 Æneid. expressit Maro.

*Vestibulum ante ipsum, primoque in limine Pyrrhus*

*Exultat telis et luce coruscus ahenâ.*

*Qualis ubi in lucem coluber mala gramina pastus*

*Frigida sub terrâ tumidum quem bruma tegebat,*

*Nunc positus novus exuviis, nitidusque juventâ,*

*Lubrica convolvit sublato pectore terga,*

*Ardus ad solem, et linguis micat ore trisulcis.*

Hæc est viva Absalomis effigies, qui prius in hyeme, id est, in adversâ fortunâ delituerat: at ubi cælum intepuit, et aura afflavit mitior atque clementior, deposuit senectam, id est, habitum sordidum, qualis exulem, damnatumque capitis reum decebat; et splendorem quæsit, qualem regii sanguinis præclara conditio desiderabat. Quare currus instruxit, quibus totâ urbe concursaret, et extra illam aut regiam, aut regiæ proximam majestatem ostenderet. Elegit equites, qui illi adessent et operam præstarent familiarem et assiduam, tum ad securitatem, si quis contra ipsum motus excitaretur; tum ut aliis regii sanguinis splendorem objiceret. Denique non jam quasi privatus, sed quasi supra reliquos aliquid haberet dignitatis et juris, regium voluit habere satellitium. Quare speciem quamdam præ se tulit imperatoris et ducis, cum cohortem secum habere voluit, qui illius præcederent ingressum, et viam munirent atque expedirent, et omnium explorarent atque arcerent insidias. Et ut scabrum atque horridum serpentem alium judicamus, cum torpet atque squalet in hyeme, atque cum sub vernum tempus splendescit et nitet: sic alius apparebat Absalom, novâ jam affulgente et arridente fortunâ, quam cum odiosus patri ac bonis, vitam agebat extorrem et invisam. Incedebat enim splendens et hilaris inter illustres et elegantes equites, sicut serpens post hyemale frigus inter virentes herbas et vernaes delicias se convolvit et reptat. Quod etiam, ne ab eadem similitudine recedamus, cecinit Papinius lib. 4 Thebaid. ubi sic de Tydeo:

*Ceu lubricus altâ*

*Anguis humo, verni blanda ad spiramina solis,*

*Erigitur liber senio, et squalentibus annis*

*Exutus, lætisque minax interviret herbis.*

Hanc porrò majestatem sibi quæsit Absalom, ut aliis videretur neque pauper, neque

ignobilis, neque indignus regno, quod captabat. Eodem consilio Adonias frater, cum idem regnum paternum ambiret, ut habemus lib. 3. cap. 1, v. 5, qui cum regnum sibi jam præsumpsisset animo, idem quod Absalom, ut populum sibi conciliaret, consilium invenit. Dixit enim: *Ego regnabo, fecitque sibi currus et equites, et quinquaginta viros, qui currebant ante eum.* Quod licet signum non esset occupati, aut affectati regni, via tamen ad regnum eo artificio aliquo modo muniebatur.

VERS. 2. — ET MANE CONSURGENS ABSALOM STABAT JUXTA INTROITUM PORTÆ, etc. Ostenditur jam artificium, quo in apertam erumpens audaciam Absalom, conciliare sibi populum, et à parente abalienare moliebatur. Multo enim mane, ut videretur ad communes causas et publicum civitatis commodum invigilare, egrediebatur ad civitatis portas, ubi frequentes erant populorum conventus, et publicæ disceptabantur causæ. Ibi quasi opportunum elegit locum ad insidias instruendas, et patri, et populo, qui promissis et simulatis officiis magis, quam oporteret, solet esse credulus. Qui prius, ubi quemlibet, qui causam haberet ad regem, sive ad magistratum et ministerium forense, amicè salutasset, laudabat causam à justitiâ; nihil tamen æquum sperandum dicebat, cum nemo esset, qui rationes curaret publicas, aut supplices audiret, et judicia essent omnino corrupta; cum non jam religio et æquitas, sed largitio et privata commoditas dominaretur in foro. Quare concluderat, non prius in suam sibi sedem justitiam redituram, quam ipse populi moderaretur habenas, et legum esset et æquitatis vindex. Addebat ad hæc et aretum amplexum, et osculum plus satis molliter impressum. Sic autem populum ad rerum novarum studium instigabat. (1)

(1) VERS. 3. — NON EST QUI TE AUDIAT CONSTITUTUS A REGE. Accusat regis incuriam et imbecillitatem regiminis; cavet ne animi sui desiderium promat, regnandi scilicet loco patris, sed optat tantum constitui ab illo ad causas populi audiendas, ut jus æquum reddat; præclarè ille quidem externâ specie, et generosè. (Calmet.)

Absalom disait à ceux qui se présentaient à lui: *Votre affaire me paraît bien juste; mais il n'y a personne qui ait ordre du roi de vous écouter.* Ce jeune prince fait en cette rencontre ce qu'ont accoutumé de faire tous ceux qui tâchent d'exciter des troubles dans un état: il décrit le gouvernement; il accuse obliquement David de ne se mettre point en peine d'écouter ni de juger ceux qui avaient besoin de son secours, ce qui était considéré alors comme la principale fonction des rois. Et néanmoins

nous avons vu auparavant que le Saint-Esprit même lui rend ce témoignage, qu'il rendait justice à son peuple. Absalom savait cette vérité qui était publique; mais l'imposture et le déguisement ont été et seront toujours le partage des ambitieux. Il noircit la réputation d'un excellent prince. Il fait le zèle pour le règlement de l'état, et pour le soulagement des particuliers. Il s'insinue dans l'esprit des peuples par les marques obligeantes d'une civilité démesurée. Et toute cette montre spécieuse d'une bonté feinte, n'est qu'un voile qui couvre la haine et la révolte d'un fils dénaturé contre le meilleur père qui fut jamais.

On peut donner à cette histoire, selon les Saints, un sens plus spirituel. Car il y a des personnes qui étant nées du sang de Jésus-Christ, usurpent dans l'Eglise son sacerdoce royal, qu'il n'a reçu lui-même que de Dieu son père. C'est de ces usurpateurs d'une royauté non humaine, mais divine, que Dieu se plaint par son Prophète, lorsqu'il dit: *Ils ont régné par eux-mêmes, et non par mon ordre; ils sont devenus princes, sans que je l'aie su.* Les Saints autrefois luyaient ces dignités redoutables, lors même qu'on les leur offrait; et maintenant on les poursuit avec une ardeur qui n'a plus de honte, et l'on fait violence pour les acquérir, au lieu qu'on la souffrait en ces premiers temps pour les recevoir.

Ce sont ceux-là qui disent en eux-mêmes aussi bien que ce jeune prince: *Oh! qui m'établira juge sur la terre, afin que tous ceux qui ont des affaires viennent à moi, et que je les juge selon la justice!* Non seulement ils trompent les autres par ces protestations de zèle et de désintéressement qu'ils font quelquefois, mais ils se trompent eux-mêmes, selon la parole de saint Grégoire: *Sæpè sibi de se mens ipsa mentitur.* Leur ambition, qui est secrète et très-réelle, se couvre au-dehors par une apparence de piété qui n'est qu'en idée; et ils s'imaginent avoir dans le cœur ce qui n'est que dans leur bouche, et sur la surface de leurs pensées.

Ceux qui sont entrés ainsi, par la porte de la présomption, dans ce ministère de l'humilité, comme marque ce saint Pape, ont un grand rapport avec la conduite de ce prince ambitieux: ils ont de la complaisance pour les hommes; ils aiment à s'insinuer dans leurs esprits; ils flattent ceux qu'ils seraient obligés de reprendre, et ils couvrent les plaies qu'ils devraient guérir. Dieu souffre ces choses, mais jusqu'à un certain temps; et si le règne de ces personnes est moins odieux, et plus long que celui d'Absalom, il n'en est pas néanmoins devant Dieu, ni plus juste, ni plus heureux. (Sacy.)

VERS. 5. — EXTENDEBAT MANUS SUAS, ET APPREHENDENS OSCULABATUR EUM. Servilibus hisce et popularibus favorem populi captabat. Eadem arte usus est Otho: *Protendens manus, adorare vulgum, jacere oscula, et omnia serviliter, pro dominatione.*

VERS. 6. — SOLLICITABAT CORDA VIRO- RUM ISRAEL. Captabat sibi amorem populi, seu sensim illos abalienabat à Davide, ut in consilia sua occulta venirent; habenas utcumque illis remittebat, ingerebat præsentis regiminis fastidium. Majore vi Hebræus: *Furabatur cor virorum Israel,* seducebat fucatâ rerum specie, alliciebatque fraudulentis ac dolosis sermonibus populum,